Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

Augustinus dicit de corpore Christi ... In hostia sunt sacramentaliter VII. ..

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

non potes. Quartus lapis dicitur echites et in vertice in nidis aquilarum quod ideo fit quia aquile solent nidos facere in altis montibus et in rupibus et in montium cacuminibus et qui sunt ova earum sepissime fit quod propter nimium tonitruum pulli moriuntur in ovis. Sed quando hoc sentit statim volat et apportat lapidem illum et iuxta ova sua ponit et propter naturam lapidis reviviscunt pulli. Per istum lapidem intelligitur timor domini unde Salomon: Timor domini sapientia summa est quia homo numquam absque timore domini bonus et perfectus erit. Quintus lapis dicitur [illegible] et est valde preciosus, si integer in aquam proicitur ad fundum non cadit sed super aquam totus natat, si vero rumpitur submergitur. Per istum lapidem castitas intelligitur. Nam quamdiu est in homine virtus castitatis tamdiu mens et cor hominis est ad celestia elevatum et non cadit ad fundum. Si autem rumpitur in homine virtus castitatis tunc mergitur omnia in fundum. Sextus lapis dicitur [illegible]. Iste lapis talis est nature si conteritur in pulverem et aceto miscetur quod si homo inungitur securus erit ab omni lesione gladii et aque et quod in mundo poterit nocere. Per istum lapidem intelligitur vera fides qua vincitur qui in mundo est sicut apostolus dicit: Hec est victoria que vincit mundum fides vestra et fides hominis sine operibus mortua est. Et non istos predictos lapides scilicet iiii has virtutes homo apponere debet si templum domini edificare intendit scilicet caritate dei timorem dei castitate et vera fide. Has virtutes nobis deus acquirere concedat qui vivit et regnat.

Augustinus dicit de corpore Christi nota

In hostia sunt sacramentaliter vii que sumentes corpus
Christi advertere debent omnia. Primo est rotunda in exclu-
1 dendum avariciosos. Secundo est alba ibi excluduntur luxuriosi et
2 immundi. Tertio est tenuis et non spissa ibi excluduntur avari.
3 Quarto est parva et non lata ibi excluduntur superbi. Quinto est de
4 tritico et materia dulci in excluduntur invidi et avari
5 et amari cordis. Sexto sine fermento in excluduntur
6 iracundi. Septimo est sine sale in excluduntur gulosi. Ibi ex-
7 ponere vii peccata mortalia diligenter et cum illa in voluntate
illius peccatis vel saltem uno illorum in spiritu hoc dicit et non
accedere nisi velit penitentiam agere etc. Nota de hostia